R/ 10. Jun. 1657.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Ill.mo et Nobil.mo Viro
D. Constantino Hugenio Equiti
Zulichemi Toparchae S.

Epigramma

Quae nova divinas pervadit flamma medullas?
Et desides animos quis novus ardor agit?
Fallor, Apollinei num me quatit aura furoris,
Et rapit ad bifidi culmina sacra jugi?
Ede ego: cum Phoebus, non nostro, at igne calescis
spiritus a Batavis sedibus ille venit.
Illuc Aoniae iam migravere sorores
atque illis pro me praesidet Hugenius.

Ita est vir vir Nobilissime, nec planius unquam aut verius locutus est Λοξίας ille ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου, sensi enim me commotum, imo afflatum libellorum tuorum lectione; itaque continere me non potui quin eos statim alloquerer, dignitatemque quam merentur agnoscerem graecis hisce versiculis.

'S RYKS ARCHIEF.

Ὦ γενναῖαι σελίδες, βατάβαν πρέπουσαι ὄνειαρ,
τίμιον ἀρχαίας λείψανον εὐεπίης,
ἡδὺ κεκασμέναι παχεῖ πολύ, Πιερίδων τε
δεξάμεναι πασῶν ἄνθεα καὶ Χαρίτων,
Χαίρετέ μοι καὶ νῦν, καὶ εἰς ἀεὶ ἐσσομένοισι
δείκνυτε μουσάων ἄξια καὶ Χαρίτων

Et rursus

BPL 2212

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5555

Χαῖρέ μοι, ὦ ἐπιπόθητε θεσπεσίου ὑμνοπόλοιο
βίβλε, μελιφθόγγῳ κεκασμένη λαλιῇ.
Ζώεις δ' εἰς αἰῶνα, καὶ ὀψιγόνων κατ' ἀείστοις
ἀγγελέει ἡδίστη Ὑγενίου σοφίην.

Venia dignum, pro tua humanitate, censebis hunc impetum, quo non tecum certare (quid enim contendat hirundo cygnis?) sed tua, si non pro merito, saltem pro modulo laudare conatus sum. Erunt interim libelli tui eo mihi loco quo κειμήλια, erisque ipse, dum spiritus hos regit artus,

Dignitati Tuae devotus
Renatus Franciscus Slusius

Dabam Leodii 4 7bris 1657

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5555

116.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5555

Illmo et Nobilmo Domino

D. Constantino Hugenio Equiti

Zulichemi Toparchae &c.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5555